

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Decreta**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], after 1. März 1499**

Sessio vicesimoctava super nullitate et innovatione decreti quod papa  
cardinales creare non potest durante concilio

[urn:nbn:de:bsz:31-313515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313515)

## Sessio vicefimoctaua

temptata nullitati ipso facto subiaceant. Et quoniam id quoque pariter indignum esset ut venerabilis pater episcopus Albanensis. sacrosancti romane ecclesie cardinalis de furo vulgariter nuncupatus / et apostolice sedis legatus qui ad ipsius ciuitatis Avinionensis. et comitatus venayssini predicti gubernationem deputatus est / quique pro expeditione subsidiorum sancte matris ecclesie prestitorum in eadem ciuitate avinionensi. ad prosequendam unionem grecorum fideliter et efficaciter laborauit hinc sancte synodo se obsequentissimum exhibendo per quempiam vexaretur inquietaretur aut molestaretur. Cuius etiam perturbatio / et molestatio in magnum dispendium et in grauem calamitatem ipsius ciuitatis avinionensis. verisimiliter perueniret. Idcirco sub eadem protectione expressis causis recipit hec sancta Synodus eundem venerabilem patrem episcopum albanensem. ac suos familiares domesticos / et continuos comensales decreto / quod presenti pariter prohibet eadem sancta Synodus sub penis antedictis / ne quisquam cuiuscumque dignitatis. Etiam si cardinalatus patriarchatus pontificalis imperialis regalis ducalis aut alterius / vel etiam communitas ipsum / et suos predictos inuadere diffidare molestare aut de facto in suis beneficijs bonis / et rebus quibuscumque perturbare presumat vel spiritualiter seu temporaliter quoquomodo contra eundem et eosdem procedere. Si vero romanus pontifex aliquid predictorum attemptauerit sacro concilio deferatur simili quod nullitatis vicio in contrarium acceptata eo ipso subiaceant. Quod quod absolutio et relaxatio a predictarum communicationum preterquam in mortis articulo ac interditi et inhabilitatis et ceterarum penarum sententiarum sacro generali concilio referuata intelligatur. Datum in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basilicensi. solemniter celebrata. vi. Kalendas octobris. Anno a natiuitate domini. Millesimo quadringentesimo octiesimo septimo.

¶ Sessio vicefimoctaua super nullitate et inuouatione decreti quod papa cardinales creare non potest durante concilio.



## Acrosctā generalis Synodus

Basiliensis. in spiritu sancto legitime congregata vniuersali ecclesia representans ad perpetuam rei memoriam. Tantam reuerentiam sacris canonibus generalium conciliorum sancti patres consueverunt adhibendam ut violatores eorum voluntarios grauissime vindicarent / et unumquemque in sui ipsius destructionem agere arbitrarer ea destruere conantem / que vniuersali consensu fuerunt instituta grauis quoque exinde iactura toti ecclesiastico immineret ordinis si decreta synodalia conciliorum generalium / quibus nervus regule ecclesiastice ac discipline salutaris innititur per cususpiam voluntatem / et maxime sedente adhuc ipsa vniuersali Synodo obrumpi sinerentur. Dudum autem hec sancta Synodus super cardinalibus sancte romane



## Sessio vicesima octaua

ecclesie assumendis. Inter cetera duo salubria edidit decreta quorū tenores ad lucidiorē vniuersorū informationē de verbo ad verbū hic inserere et inouare decreuim⁹. Tenor primū decreti cū multiplicatio cardinaliū. Tenor secūdi decreti cū summo pōtifici. Aduersus autē pmissorū decretorū mentē et tenorem nuper non sine graui dolore cōperimus. Venerabilē Johannē patriarchā alexandrinū in sancte romane ecclesie cardinalē licet defacto et nulliter per dñm Eugeniū papā fuisse assumptum. Cum nec summus pontifex absens a loco huius sacri cōcilij ipsum in cardinalē creare debuerat cōtra primū decretū in sua adhesionē solenniter approbatū / neq; pportionem singulis nationibus cōueniētem et qualitates in secūdo decreto descriptas obmittere sicut i p̄motiōe dicti patriarche factam esse comperit. Et cū frustra hec sancta synodus iura cōderet nisi sua auctoritate / quā ex christi dono immediata suscepit eadem tueretur. Utq; Helasius papa profitetur / et nullam iam veraciter christianū ignorare credit vniuersusq; Synodi constitutum / quod vniuersalis ecclesie probauit assensus nullam magis ex equi sedem ac p̄ ceteris oportere q̄ primā necessitatē q; vigeat / illis transgressoribus iniuriam occurrere / ex quibus q̄ plures illaqueatiōes sanimarum / et grāua in futurū scismata puenire valerent. Nam et qui talē cardinalē reputant iuxta supradicti decreti tenorē vinculo excommunicationis eo ipso innodāt. Et in futuris electiōib; romanorū pontificum varia scismata poterunt exoriri. Si p̄tensi cardinales quorū irrita et inanis p̄motio decreta exierit huiusmodi electionibus se voluerint immiscere. Ad obuiandū itaq; tantis discriminibus admonet et exhortatur / hec sancta Synodus p̄fatū dñm Eugeniū sub obestatione diuini iudicij / et per viscera misericordie dñi nostri Jesu christi / et eidem ex parte dei omnipotentis p̄cepit atq; mandat vt pro futurorū scismatū et scandalorū euitatione p̄dictam et alias quascūq; vocatiōes p̄ eū factas ad cardinalatus honorē cōtra p̄dictorū decretorū formā et tenorē sicut defacto p̄cesserūt reuocet casset publice et annuller nullasq; fuisse et esse decernat / p̄ hec sancta Synodus hoc synodali decreto sicut defacto p̄cesserunt eas cassat irritat et annullat / nullasq; cassas et irritas decernit atq; declarat vltoriusq; a talibus vocatiōib; abstineat / alias p̄uidebit hec sancta synodus p̄ spiritu sancto dictā te vtilitati ecclesie videbit expedire. Declarat insuper hec sancta Synodus vniuersos qui p̄fatū Johannē patriarchā aut alios taliter defacto promotos p̄o cardinalibus gesserint et reputauerint penas in p̄fatis decretis annotatas eo ipso incurrere. Datum Basilee in sessione publica in maiori ecclesia solenniter celebrata. vi. kl̄as Octobris Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxvij.

¶ Decretū de cassatione litterarū false bullatarū.



## Sessio vicesimanona

**S**acro sancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Cum diuini ex ordinatione nostra concorditer conclusa littere sub bulla huius sacri concilii super nominatione locorum Basilee auinionem et Sabaudie per celebrandum et cumentico concilio in aduentu Breconum fuerint expedite. Et deinde ad noticiam nostram puenit quasdam alias litteras nominatione florentie et vtrius continentes clam destine et contra ordinationem huius sacri concilii fuisse bullatas. Luptens hec sancta Synodus vnumquemque de his rebus veraciter informari ne quemquam falsa pro veris recipiendo decipi contingat decernit et declarat omnes litteras continentes nominationes quoruscumque aliorum locorum pro antedicto concilio celebrando preteritam dicta loca Basilee auinionem et Sabaudie quibus bulla sacri concilii inueniret appensa fuisse falso bullatas et contra huius sancte Synodi ordinationem. Nec litteris talibus ullam fidem esse adhibendam aut ipsas seu earum transumptis quacumque auctoritate. Etiam si papali transumptis fuerint esse utendum huiusmodique litteras sic falso bullatas cassas irritas et damnatas ac cassas et irritas esse decernit. Inhibens omnibus et singulis quauis dignitate prefulgeant etiam si legatione papali de latere dispositiones mandato vel quauis alia seu alio funderent sub penis excommunicationis quam ipso facto incurrant ac inhabilitatis actiue et passiuę ad quascumque pontificales aut alias dignitates ecclesiasticas vel seculares et ad beneficia obrenta et obtinenda ne prefatis litteris falso bullatis aut earum transumptis utantur aut utentibus auxilium consilium vel fauorem in his prestare presumant. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensis solenniter celebrata. vi. kals Octobris. Anno a natiuitate domini. M. cccc. xxxvij.

¶ Sessio vicesimanona et est accusatio contumacie sanctissimi domini Eugenii papę quarti facta per promotores concilii.



### De martis prima mensis

Octobris. Anno a natiuitate domini. M. cccc. xxxvij. in ecclesia maiori Basiliensis in qua sessiones presentis sacrosanctę Synodi generalis Basiliensis celebrari solent vicesimo octava ipsius sanctę Synodi Sessio hoc modo extitit celebrata videlicet missa sollempni de sancto spiritu per reuerendum patrem dominum He-

orgium episcopum vicesimatis ielitre hispanice celebrata. Et demum suffragiis antiphona Et audi et cetera iohannis euangelio secundum Mattheum. Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas est maior in regno celorum ac hymno. Veni creator spiritus cum visculo et colla et oratione. Deus qui corda decem raris presidente in eadem sessione prefata reuerendo patre domino Episcopo Vicensi ante maius altare ubi dicta missa celebrata extitit. In pontifi-